

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Misericordia s  
cum fonte primo

Septem in me uideo misericordias  
Domini quas et uos ipsi facile  
inuenietis in uobis. Prima est quod a  
multis peccatis adhuc in seculo positum  
custodiuit; prima quidem non inter  
omnes quas michi impendit, sed prima  
inter has septem. Quis enim non uideat  
quod sicut in multa cecidi, sic et in alia  
poteram cecidisse peccata, nisi  
Omnipotentis pietas conseruasset?  
Fateor et fatebor, nisi quia Dominus  
adiuuit me, paulominus cecidisset in  
omne peccatum anima mea.

Bernardus sermone LXXXVIII.

Septem ego in me video misericordias  
Domini, quas et vos ipsi, credo, facile  
inuenietis in vobis. Prima est, quod a  
multis peccatis adhuc in saeculo positum  
custodivit: prima, inquam, non inter  
omnes quas mihi impendit, sed prima  
inter has septem. Quis enim non videat  
quod, sicut in multa cecidi, sic et in alia  
poteram cecidisse peccata, nisi  
Omnipotentis pietas conservasset?  
Fateor et fatebor: nisi quia Dominus  
adiuvit me, paulo minus cecidisset in  
omne peccatum anima mea.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo de  
misericordiis*, 3 (SBO 6.1, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.42,  
ll.5-10).